

JOHANNIS à FELDE Phil. & J.U.D.
ELEMENTA JU.
RIS UNIVERSI
Et In specie
Publici Justinianæi.




FRANCOFURTI & LIPSIAE
Sumptibus
CHRISTIANI GERLACHI & SIMONIS BECKENSTEINI.

M. DC. LXIV.

Ad
Lectorem Benevolum.

DE Jure civili in artem redigendo non par omnium J. C. rorum est sententia: nonnullis enim labor omnis, qui huic rei perficiendae insumitur, inanis videtur. Quomodo enim, inquit, quod à fortuna casus, & ex instituto magis hominum profectum, quam in naturâ & ratione fundatum est, & in quo aliquid definire periculosum (l. omnis. 202. ff. de R. J.) artis & scientiae formam recipere poterit? Contra suere & antiquitus & nostris temporibus, qui spem non omnem deposuerunt. Ciceronem sanè de modo conficiendi legum artem non nihil scripsisse, testatur A. Gellius (lib. 1. noct. cap. 22.) & ipse sub personâ Crassi hoc fatetur (lib. 1. de Orator.) Nec desunt recentiores, Placentinus, Azo, Wesembecius, Cujacius, Julius Pacius, Vultejus, Zoësius, qui omnes id egerunt, ut artem aliquam Juris posteris relinquerent. Et quidni, si alia permulta, quae olim divulgata, dispersa & dissipata fuerunt, artibus conclusa sunt, & in hac tam nobilissimâ tamque humano generi maximè salutari materiâ idem tentandum erit? Sed qui hactenus eâ in re desudarunt aut tantum hoc egerunt, ut memoria discipulorum consulere in dichotomiis materias Juris tironibus exhibentes, vel easdem secundum quatuor causas, materiam, formam, efficientem & finem digerentes; aut verò quaestiones varias examinandas susceperunt tentativè & λογιστικῶς circa veritatem versando. Ex suis causis autem & ita quidem, ut & certò sciretur, has, quae redduntur, esse causas, qui unumquodque legibus Romanis comprehensum speculatus sit, neminem me videre memini: Id quod tamen facere oportet veritatem adeptos. An fortasse tanta est actionum humanarum varietas, ut legum circa has occupatarum nulla certa scientia dari possit? Ad si hoc ponas, frustra erunt quoque dialecticae disceptationes, quae circa interpretationem legum instituentur. Nam cuius dialectica est tentativa, ejus philosophia speculativa est. Stolidè enim tentatur veritas, ubi nulla determinata & certa est. Mirum autem profectò, multos in obscuritate rerum, quae nulli usui sunt humanae felicitati, versatos solidamque scientiam consecutos esse: hanc autem, quae quasi in medio & communi in usu versatur, & praeteris sui cultores spe praemii que allicit, commovet, quasi incultam, opinionumque innumerarum pugna dilaceratam, imperfectamque hactenus jacuisse. Sed nimirum nil aliud causa est, quam quòd legum immensa copia videatur



PARS PRIMA ELEMENTORUM,

DE
JURIS ET JUSTITIÆ NATURA,
SPECIEBUS ET HARUM AFFECTIO-
NIBUS.

CAP. I.

DE
SOCIETATIBUS HUMANIS.



1. **P**UM, qui quid Jus quid Justitia cognoscere vult, oportet prius probe in naturam & species societatum humanarum inquirere. *Nam omnes fatentur Justitiam esse quiddam quod Societates humanas conservat.*

2. Societas humana est unum quiddam compositum ex multis hominibus ad commune quoddam bonum tendentibus.

3. Societas omnis humana vel naturalis est vel ex mero instituto & placito hominum introducta.

4. Naturales societates voco eas, ad quas ineundas à naturâ trahuntur homines. Trahit autem natura quemque ad societatem aliquam ineundam, dum indit eidem appetitum ad eandem, suggeritque instrumenta in ea operandi. *Nam natura nihil facit frustra.*

5. Ex instituto sunt ex societates, quas homines pro suo arbitrio nullo appetitu naturali tracti ineunt.

6. Societatum naturalium varia sunt genera. *Nam queque societas suâ naturâ tendit ad bonum nunc 2. huj. cap. bona autem humana*

3. Perjuri ergo si puniuntur, non ob perjurium, sed ob læsionem, quæ perjurium comitatur, pœnam patiuntur. *Sunt namq̃, multi homines impij pœnam æterni Nummis & futuros cruciatus infernales parvi facientes, modo defraudare alios possint. Quapropter horum nequitiæ occurrendum, inflicta pœnâ, si mediante perjurio alios læserint.*

4. Pœna ordinata in eos, qui suo perjurio alios læserunt, est amputatio digitorum. *Ordinat. Carol. art. 107. verb. Welcher vor Richter oder gericht einen gelehrten Meinenß schworet / so derselbige End zeitlich Guch antriff / das in des / der also fälschlich geschworen hat / Nun kommen / der ist zufförderst schuldig / wo er das vermag / solch fälschlich abgeschworen Guch dem verletzten wieder zuzuehren / soll auch dazu verleumbd / und aller Ehren entsetzt seyn / Und nach dem im heiligen Reiche ein gemeiner Gebrauch ist / solchen fälschen Schworem die zweene Finger / damit sie geschworen haben / abzuhawen / dieselbe gemeine gewöhnliche Leibesstraffe wollen wir auch nicht ändern. &c.*

5. Eadem pœna irrogatur quoque iis, qui cautionem juratam de non redeundo in territorium, unde relegati sunt, aut de non ulciscendo pœnam, quam germanicè *Urfheden* appellamus, ruperunt. *Et hoc fit propterea, quia unalædent Majestatem ejus cujus Jdicio est. Verba Ordinat. Carol. art. 108. hæc sunt: So aber einer ein Urfhede mit Sachen / darumb er das leben nicht verwircket hat / fürseylich und freventlich verbroche / der soll als ein Meinenziger mit abhawung der Hand oder Finger und andern / wie in nechst obgemelten Articul berühret / gestrafft werden. Hanc ordinationem confirmat Augustus Elector p. 4. constit. 48. pr. his verbis: Die so uff einen geschwornen End verweist / und doch wissentlich wieder kommen / sollen mit abhawung der zwey förder Finger / damit sie geschworen / anderweit verweist werden. Quæ verba Dares Saxonici ita interpretantur, ut priores duorum digitorum articuli tantum resecandi sint, & si relegatio fuerit temporalis, ea in tot annos repetatur in quot antea irrogata erat. Solentq̃ ita pronunciare: So wird Er wegen solches begangenen meinenßs mit abhawung der förderglieder der beyden Finger / damit Er geschworen / billich gestrafft / und des Landes wiederumb auff drey Jahr lang verwiesen.*

PARS PRIMA

Membr. trigessimæ octavi

DE

AUGENTIBUS POENAM PERJURII
ORDINARIAM.

1. Auger pœnam perjurii reiteratio, dum iis, qui ex provinciâ relegati contra juratoriam cautionem bis præstitam secundâ

Coc

rice